

JACOBI
PIGNATELLI
E CRYPTALEIS IN SALENTINIS
Sacrae Theologiae, ac J. U. Doctoris
CONSULTATIONES
CANONICAE,
IN QUIBUS
PRÆCIPUÆ CONTROVERSIAE,

Quæ ad Sanctorum Canonizationem, ac Sacros Ritus; ad Sac. Concilium Tridentinum;
ad Episcopos, & Regulares; ad Immunitatem, Libertatem, Jurisdictionem Ecclesiasticam,
ac hujusmodi alia potissimum pertinent; non solum ex utroque Jure scripto, sed etiam
ex Sacrarum Congregationum Decretis, Rebus Judicatis, Placitis, atque Consultis, ex
Prudentum Responsis, ex Moribus receptis, breviter, ac perspicue dirimuntur.

OPUS OMNIBUS UTRIUSQUE FORI JUDICIBUS, JURISCONSULTIS,
ac Politici studii Mystis, imprimisque Summorum Pontificum & Rerumpublicarum
Consiliariis, & Advocatis utile planè, ac necessarium.

Cum duplici Indice, altero Consultationum singulis Tomis præfixo, altero Rerum Notabilium
ex pluribus in unum Generalem coacto, singularique Volumine comprehenso.

EDITIO ultima ab AUTHORE recognita; multis in locis aucta, & à mendis expurgata.

TOMUS PRIMUS



LEUGDUNI,
Samptibus GABRIELIS & SAMUELIS DE TOURNESE;

M. DCC.

Cum Privilegio SACRÆ CAESARIS MAJESTATIS



Effigies IACOBI PIGNATELLI V. C. L.
& Cryptaleis in Salentinis.



P R Æ F A T I O
A U T H O R I S
A D
L E C T O R E M.



NON equidem ambigo, quin nonne-
mini videar justissima sanna verbe-
randus. Quorsum enim, inquiet,
toties actum agitur? Quid tot Volu-
minibus addes, & auges numerum
jam innumerum Authorum? Quot
enim volumina, libros, codices,
centones, tomos, opera, opuscula
explicationum, commentariorum,
institutionum, introductionum, isagogiarum, & synop-
seon; epitomarum, collectaneorum, compilationum, tra-
ctatum, analectorum, repertoriorum, disputationum,
questionum, disceptationum, disquisitionum, controver-
siarum, conclusionum, decisionum, opinionum, responsu-
rum, sententiarum, consiliorum, & similium plurimumque id
genus scriptorum, circa res, causas, & materiam canoni-
cam Doctores hucusque ediderunt? Nonne vel ipsi abun-
danter de istis rebus explicarunt? Quinimmò liquidum est
hic non utilitati publicæ, sed privatæ ambitioni litare eos,
qui per occasionem docendi tanquam personatos Cupidines
posteritati se commendant.

His velitationibus steriles aliqui, aliorum fecunditati in-
videntes, abortum Operum moliuntur, sed immeritis, atque
apud pueros tantum, qui pharetra etiam picta terrentur.
Quid enim refert, quod aliqui scripserint? Quo jure, &
numero Juris Canonici Interpretes, rerumque Canoniarum



JACOBI
PIGNATELLI
Sacrae Theologiae Doctoris,
CONSULTATIONUM
CANONICARUM
TOMUS PRIMUS.

CONSULTATIO PRIMA.

An omisio examinis unius, alteriusve qui comparuerat descriptus in concursa Parochiali, & protestatus fuerat, sit contra formam substantialem dispositionis à S. Concilio Tridentino praescripta, ita ut propterea ex hoc capite concursus vitetur, possitque alter verius Parochialem impetrare.



VIDETUR respondendum, omissionem ejusmodi non esse de forma substantiali dispositionis à S. Concilio Tridentino praescriptae, ita quod ex hoc capite concursus sit nullus, & aperiatur via impetrandi cuilibet de populo juxta Constitutionem Pii V.

Nam forma substantialis Concilii consistit tantum in ipso actu concursus de novo per Concilium introducto, non autem in praemissis, qualia sunt nominatio plurimum ab Episcopo, aut patrono, seu vocatio per edictum, descriptio, admittio, aut omisio, non admittio siue contemptus, de quibus disponebant jura antiqua, ut in materia electionis est textus perspicuus in *cap. Ecclesia nostra 57. q. 9. Nonique de elect. & arguo. c. Quia propter. eod. tit. ac jure, & rationibus probat decisio Rotae hae in re sub die 15. Nov. 1634. in una Tarraconen. Parochialis coram Panzioso.*

Atqui sicut forma substantialis electionis non consistit in praemissis, de *cap. Quia propter. ut est Missa de Spiritu Sancto, & ejusmodi aliam formam concursus non consistit in omnibus praemissis, quae c. 18. sess. 24. de res. praenarrantur ante actum ipsam concursus, sicut nec etiam consistit in omnibus, quae sequuntur actum concursus, ut est collationem facere digniori, ut huic non illi conferatur. Quia ista non est nova dispositio Concilii, sed*

Tom. I.

ante Concilium omnia jura id clamabant in electione, ut advertit *Rota de c. 65. n. 8. p. 1. rec.*

Ratio praemissorum est. Quia duplex est forma. Altera praecisi, quae consistit in ipsa essentia, & formalitate dispositionis, & legis. Altera quae dicitur ad favorem, quae respicit interesse, & justitiam partis. Forma praecisi, quatenus est inducta à lege, creditur actum ipso jure nullum, ea non servata, aperiaturque viam impetrandi atque dicendi cuilibet de populo. Forma autem ad favorem, quae in praemissis, siue in subsequendis actum consistit, non vitatur ipso jure, ipsa non servata, sed ad favorem Partis dantis de nullitate, & nullo autem potest allegari, ut huic esset admittere ad concursum omnes adscriptos, quod consistit in praemissis, de quo solum potest contemptus ipse, & non alius, ut aperte habetur *eo cap. F. de testa sess. 57. de elect.*

Illos etiam in subsequendis, si collatio non fuerit facta digniori. Quo tali non tertius, sed solus omittitur, aliusve examinatus, qui pretendit se digniorem dare potest. Et ita in terminis resolvit *Barbo de Paroch. c. 2. n. 95. sicque observatur. Facto enim concursu solus ille, qui pretendit se digniorem dare de nullitate. Quia ista forma non est praecisi concursus, sed ad favorem dignioris.*

Hec autem rectè comprobantur ex mente 1191e resolutionis S. Congregationis Concilii. Nam si descriptus non veniret ad concursum, vel examinatus non curaret, vel renunciat, non ideo deficit forma concursus. Sic apud *Garz. de benef. p. 9. cap. 2. n. 214 & seqq. Molitor. de concurs. requir. 3. dub. 7 & 12. Quoties enim forma est apta remitti consensu, aut voluntate partis non dicitur substantialis, Jo. And. in regul. 2. an est sine culpa de reg. jur. Felici. cap. Cum dilecta n. 6. de rescript.*

Illud vero magis puto considerandum, quod licet hoc casu interesse Ecclesiae, cujus favore inductus est concursus, ut liquet ex verbis illis Concilii *de sess. 24. c. 18. Expediat maxime animarum salutem, si conjunctum cum ipse esse patris, non tamen annullant collatio facta digno, nisi*

A 1007